



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

iiij. Qui clerici matrimoniu[m] contrahere possunt, qui non.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

a c. 1. de coha.  
cler. et mul.  
ubi Abb.

b c. 2. de coha.  
cler. et mul.

c. monaste-  
rium. de uir-  
ta et honest.

nere coniunctæ<sup>a</sup>. Et quarum-  
cunque mulierum frequens, &  
afsidiuum colloquiũ sacris cle-  
ricis interdicitur, monitisque,  
nec tamen abſiſtenribus, excõ-  
municatio inuitur<sup>b</sup>. Et cleri-  
cus ſine manifesta, & probabili  
cauſa ad Sanctimonialium cõ-  
nobria frequenter accedens, per  
Episcopum arceri debet, ſeque  
non corrigens Eccleſiaſtico be-  
neficio priuari<sup>c</sup>.

**QVI CLERICI MA-  
trimonium contrahere  
poſſunt, qui  
non,**

TITVLVS III.

**A** Deo in clericis caſtitas cõ-  
mendatur, vt non ſolum ſe-  
cundum ſuprà dicta à libi-  
dine etiam in laicis damnata  
abſtinere Pontificijs legibus iu-  
beantur, ſed ipſi etiam matri-  
monio, alioqui ſancto, & à Deo  
inſtituto aliqui eorum aſpirare  
prohibeantur<sup>d</sup>: neque id te-  
mere, cùm caſtitas ſit primum  
clerici fundamentũ<sup>e</sup>, omniũq;  
ſacerdotum ita excellens ſit e-  
lectio, vt quæ in alijs membris  
Eccleſiæ vacare vitio credun-  
tur, in illis tamen habeantur il-  
licita.

Quare Episcopus, presbyter,  
Diaconus, & Subdiaconus, et-  
ſi irregularitatem etiam con-  
traxerint, ad matrimonium ta-  
men accedere prohibentur<sup>f</sup>: at

f d. c. 1. diſti.  
32.

**A** ſi matrimonium de facto con-  
traxerint, nulla habita irregula-  
ritatis ratione ſeparabuntur<sup>g</sup>,  
& compelli poterunt per ordi-  
nariũ ſuſpenſionis & excõmu-  
nicationis remedijs vxores re-  
pudiare, & nihilo minũs à maio-  
ribus ordinib. repellentur, & in-  
ſuſceptis adminiſtrare phibe-  
bũtur. Sanè ſi religionẽ ingredi  
voluerint, maiores quoq; ordi-  
nes retinere & aſſequi cõceden-  
tur<sup>h</sup>. Poſſeſt tamen Episcopus  
ſacerdoti, qui poſt nuptias, vel  
contubernia veriũs contracta,  
eaq; dimiſſa diu ſe continuerit,  
& pœnitẽtia acta laudabile ſui  
ipſius ſpecimen præbuerit, of-  
ficiũ ademptum, & executio

g c. p. qui cler.  
uel uocem.

h c. ex tuarũ.  
cod. tit.

i c. ſanè.

**B** tra minores ordines clericus,  
nuptiarum incapax eſt, verũm  
beneficio, quod habet, ſpolia-  
tur: recipit tamen expenſas,  
quas in rem illius Eccleſiæ irro-  
garat<sup>k</sup>: nec pdeſt clerico, quòd  
beneficiũ ei ſit collatum poſt  
nuptias ab eo contractas, vt il-  
lud retinere poſſit<sup>l</sup>. Item hi  
clerici vxorati amittunt priui-  
legium, quo rerum ſuarum im-  
munitate potiebantur<sup>m</sup>: ſaluũ  
tamẽ eis remanet priuilegium,  
ne ſub iudice Laico conveniri  
poſſint, nève citra excommuni-  
cationis pœnã manus iniurio-  
ſas quis in eos inferat, dum cle-  
ricorum in habitu incedãt, ve-  
ſtibus clericalibus vientes, &  
tonſuram geſtantes, dumque

k c. quod à te.  
de cler. cõm.

l c. diuerſis.

m c. p. de cler.  
coniug.



vxor, quam habet hic clericus, prima vnaq; ei nupta fuerit, & virgo<sup>a</sup>. Sed sicut clericus à matrimonio repellitur secundum proximè supra à nobis dicta: ita è converso, dum quis iugo vxorio iam pressus est, neque ad beneficia, neq; ad administrationes Ecclesiasticas, sed nec ad aliquos ordines accessum habet, nisi fortè castitatem vouisset, cum vxoris consensum haberet, vel si adolescens ea esset, religionem ingressa fuisset, & eam vnam eandemque virginè habuisset vxorem<sup>b</sup>.

*b c. sanè. t. de cler. coniug. ubi glos. Ab. nu. 3.*

*c c. cum ad de corem. cod. tit.*

Atque ex his vnusquisque iudicio assequi potest, quāto maiore ratione personæ supra dictæ à dignitatibus Ecclesiasticis summoueantur, vel quæ dignitatibus Ecclesiasticis auctæ sunt personæ, à matrimonijs repellentur<sup>c</sup>.

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS,

### TITVLVS IIII.

Suprà dicta etsi clericis diligenter obseruanda sint, non tamen satis fuerit ea obseruasse: nam & alia existunt, quibus clericus præstandis tenetur, & certè cum Ecclesiæ clericis cū inquisitione credi soleat, apparet eorum, quibus committuntur, eligi industriam, quibus id oneris tutò imponi possit: quare & eos convenit in ipsis Ec-

clesijs residere, & officium suū nauiter obire, ne eorum, à quibus probati sunt, fidem fallant, si ipsi officio suo, vt par erat, studiosè non superint, quod non sine magna populi offensione, & animarum sibi creditarū dispendio eveniret.

Curam igitur adhibent Pontificiæ leges, vt vnusquisque Ecclesiæ Rector, vel præfectus, eā ipse regat, in eaq; temporibus debitis resideat<sup>d</sup>. Quocirca si quis à suo sacerdotio, quamvis simplici<sup>e</sup>, diutiùs abfuerit, quæ Ecclesiæ utilitas exposceret, monendus erit, & terminus ei statuendus, intra quem commode reverti possit: quo lapsò, si omninò sine causa probabili sui copiam non fecerit, beneficio priuari poterit, illudq; in alium transferri<sup>f</sup>.

Sed & alia via poterit clerici non residētis contumacia coerceri ex Concilio Agathensi: nā in minoribus ordinibus constitutus clericus, si ab Ecclesia sua diebus solennibus abfuerit, id est, natiuitate Domini, Epiphania, Paschate, vel Pentecoste, triennio à communione suspendetur: Diaconus verò & presbyter, si tribus hebdomadis suæ Ecclesiæ defuerint, huic pœnæ succumbent<sup>g</sup>.

Cæterum, si incertum sit, vbi nam gentium agat Clericus, vel prælatus, qui à sua Ecclesia desideratur: vel ita absit, vt non facile

*d Ab. ex parte. 2. nec. sed quero qualiter.*

*e Ab. c. p. n. 5.*

*f c. ex parte nostra. com. duobus capitulis sequenti Abb.*

*g c. si quis in clero. 7. q. 1.*